

Handschriften / Autographen

Tagebuch von Nikolaus Dal, Martin Bosse, Christian Friedrich Pressier und Christoph Theodosius Walther.

**Dal, Nikolaus
Bosse, Martin
Pressier, Christian Friedrich
Walther, Christoph Theodosius**

Tarangambadi, 04.01.1729-04.09.1729

September 1729

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-176600

licis spectatissimis fideissimis salutem precatur
a salutis Fonte Georgius Henricus Werdly, servus Je-
su Christi.

Vestra pietas eruditioque non sinit me tranquillum,
quin ante discesum ea India Orientali vos paucis com-
pellem, quamvis vobis facie ignotus: idcirco ante omnia
quis cum vobis notum volo, nempe humillimus Iesu Chri-
sti servus et verbi Divini minister, natione West-
phalo-Germanus, civis tamen Helvetio Tigurinus,
et nunc Malacorum in urbe Batavia antistes, qui per
undecim annos in India Orientali versatus, Ecclesi-
am Padangensem in insula Sumatra, incolis ~~ut~~
Andalus dicta, visitari, et per triennium et quod excur-
rit Ecclesiam Mangkasariensem in insula Celebes pavi-
qui Bataviam vocatur, ad vertenda et revidenda Biblia
Malacca, cui operi cum Venerandis Patribus et Fratri-
bus Collegis per sexennium omnibus viribus incubui et
feliciter absolvi, nunc autem ea imprimenda curabo.
Amstelodami in Hollandia, quo paucos post menses,
Deo favente, navigaturus sum. Præter studia Lingua-
rum Orientalium, fere nihil nisi Philologica tracto
(exceptis Theologicis in Ecclesia peragendis, et nullo
modo omittendis) de quibus tandem aliquando, si
Deus vires vitamque largiatur, quædam lucubratio-
nes Luci publicæ daturus sum. Quid inter vos fiat
aliquo modo mihi notum est ex literis Reverendi
Fratri van der. Vt ad Synedrium Ecclesiasticum Ba-
taviense, in quibus vester labor admodum laudatur
non tantum, in addiscendis linguis Lusitanicâ et
Dannulicâ, cujus rei experimenta vidi, scilicet libros

quosdam a vobis in dictis linguis editos, sed etiam
in propagando Evangelio inter Gentes, quem in finem
vestitu Malabarico quosdam e vobis ornatos esse au-
divi. Certe illa sunt optima media ad Convertendas
gentes, ut omnibus fiamus omnia, ut omnino ali-
quos servaremus cum Paulo 1 Cor. 9. 22. utinam et
nobis talia licerent! persuasissimum est mihi, quam
plurimos ad Gregem Christi advolaturos, de quibus
nunc plura scribere superfedeo.

Moxe hosce Orientalibus populis usitato his literis
adjungam aliquod munusculum, aut nullius pretii,
nimirum mitto vobis Historiam Christianismi in
India Gallice conscriptam a M. V. la Croze, Bibli-
othecario et Antiquario Regis Borussiae, in qua et
vestrum mentio fit, ut ea, si forsan ad manus vestras
nondum pervenerit, uti possitis, aut saltem ut Judi-
cio vestro de hac historia me dignari velitis, cum
per pauca tantum ipse per. spectata habeam. Si et
vos quaedam alia de Lingua Malaica &c. scire cu-
piatis, summo cum gaudio vestrae cupiditati satio,
facere studebo, ut sic occasio detur quotannis a vobis
aut uno vestrum accipere literas, quas rogo jungatis
literis vestris ad Dominum Fratrem Jacobum Canter-
Viosher, aut ad unum e Verbi Divini Ministros Ba-
tavia, ut tuto ad me perferantur. Deum ter Opt. Max.
cujus vos causam agitis inter Gentes, supplico rogo, ut
vobis operiq; vestro benedicat, et mercedem probi fidelis
largiatur, nunc his in terris, et postea in caelis. Valete
in Domino nostro Jesu Christo, iterum valete. data Bataviae
Colim Djacatara dicta in Insula Java VII. Kal. Junii
Anno a recuperata Salute MDCCXXIX.

